An. et vol. CVII 5 Iunii 2015 N. 6

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico – Città del Vaticano – *Administratio*: Libreria Editrice Vaticana

ACTA FRANCISCI PP.

LITTERAE DECRETALES

Quibus beato Ioanni Paulo II Sanctorum honores decernuntur.

FRANCISCUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

ad perpetuam rei memoriam

«Nos, qui credidimus, novimus caritatem, quam habet Deus in nobis» (*1 Io* 4, 16).

Vitam et sanctitatem beati Ioannis Pauli II intueri sibi vult operam amoris Dei in illo adimpletam contemplari qui, tenuitate Dei recognita, se ipsum gratia percurri sivit quae, sicut flumen, eius transiens vitam, ex ea verum praestantissimum opus effecit. Ipse enim, signa praesentiae divinae in vita sua perscrutans, intellexit quo modo eius factus sit debitor. «Debitor factus sum!». Haec verba eius altissimam significant sententiam erga electionem divinitus patratam ad munus Summi Pontificis exercendum. Constituunt etiam clavem interpretationis longi pontificatus filii populi Poloniae. «Homo sine amore vivere nequit. Sibimet manet quiddam, quod incomprehensibile est, eiusque vita sensu privatur, nisi amor ei praebetur, nisi invenit amorem, nisi amorem experitur suumque efficit, nisi penitus amorem participat» – adfirmabat Summus Pontifex primis in suis litteris encyclicis *(Redemptor hominis,* n. 10). Populus Dei, cum Ipse etiam vivebat atque eius decessus appropinquabat, sanctitatem percepit quae magis quam

umquam alias mysterium manifestavit eius fulgidae testificationis. Sanctitas beati Ioannis Pauli II agnitionem invenit in fidelium acclamatione qui, ad sepulcrum reliquias amati comitantes Pontificis, vocabant: « Sanctum statim! ».

Hic magnus Ecclesiae Pastor, sub nomine Caroli Iosephi Wojtyła, in « Wadowice » (Polonia) die XVIII mensis Maii anno MCMXX est natus. Alter erat e duobus filiis Caroli Wojtyła et Aemiliae Kaczorowska. Novem annos natus, Primam accepit Communionem, duodevicesimum autem annum agens sacramentum Chrismatis. Curriculis scholae superioris expletis, amore ductus litterarum et poësis, nomen dedit Universitati Iagellonicae Cracoviae, Facultati videlicet Litterarum. Cum nazistarum regimen occupationis Studiorum Universitatem anno MCMXXXIX clauderet, iuvenis Carolus operatus est in lapicidina ac deinde in fabrica chimica ut victum sibi mereret simulque deportationem in Germaniam vitaret. Ab anno MCMXLII, vocationem ad sacerdotium sentiens, curricula absolvit formationis Seminarii Maioris clandestini Cracoviae. Eodem tempore una cum aliis secretum promovit « Theatrum Rapsodicum ». Post bellum curricula prosecutus est apud Seminarium Maius Cracoviense, restitutum, atque apud Facultatem Theologiae Universitatis Iagellonicae, usque ad suam sacerdotalem ordinationem Cracoviae die I mensis Novembris anno MCMXLVI susceptam. Romae deinde studia et thesim ad lauream in theologia est consecutus. In Poloniam reversus, auxilium praestitit primum in paroecia « Niegowic », prope Cracoviam, deinde in paroecia sancti Floriani, eadem in urbe. Munus capellani iuvenum studiorum universitatis exercuit usque ad annum MCMLI, cum cursus philosophiae et theologiae apud Catholicam Universitatem Lublinensem prosequi inciperet. Postea professor constitutus est theologiae moralis et ethicae apud Seminarium Maius Cracoviae et Facultatem Theologiae Lublini. Die IV mensis Iulii anno MCMLVIII Summus Pontifex Pius XII nominavit eum Episcopum titulo Ombitanum et Auxiliarem Cracoviensem.

Episcopalem ordinationem die XXVIII mensis Septembris eiusdem anni in Cathedrali ecclesia « Wawel » Cracoviae accepit. Die XIII mensis Ianuarii anno MCMLXIV Archiepiscopus Metropolita Cracoviensis a Servo Dei Papa Paulo VI est nominatus qui eum etiam Cardinalem, tres transactis annis, die XXVI mensis Iunii anno MCMLXVII creavit. Diligenti laetoque animo Concilium Oecumenicum Vaticanum II participavit, valde tribuens adiumentum Constitutioni pastorali *Gaudium et spes* exarandae. Carolus S.R.E. Cardinalis Wojtyła quosdam etiam coetus Synodi Episcoporum participavit, qui ante

eius pontificatum sunt peracti. Summus Pontifex die XVI mensis Octobris anno MCMLXXVIII est electus atque die XXII mensis Octobris sollemni modo ministerium Pastoris Universalis Ecclesiae inauguravit. Insignis et impensus fuit eius Pontificatus: itinera pastoralia frequentissima et apostolica in Italia et in mundo, incepta pastoralia magnae laudis inter fideles toto in orbe, veluti Annus Sanctus Redemptionis, Annus Marianus, Magnum Iubilaeum Anni MM atque Annus Eucharisticus, exaratio maximi momenti documentorum. Vias renovationis a Concilio Oecumenico Vaticano II apertas percurrit veluti fidelis heres et creativus interpres magisterii magnorum suorum praedecessorum. Novum vigorem dialogo oecumenico et inter religiones dedit atque pacem inter populos promovit. Per suum amplum sociale magisterium, in lucem ponens dignitatem indelebilem hominis a Christo redempti, certam dedit operam societati humanae renovandae eiusque progressioni in viis libertatis, iustitiae et veritatis. Novas generationes proximas fecit Ecclesiae, Dies Mundiales Iuventutis celebrans. Eius attenta et studiosa inter iuvenes praesentia spem in eos ingessit, quos adhortatus est ut responsales fierent actores vitae Ecclesiae novi millenii. Per frequentes beatificationes et canonizationes quibus Ipse praefuit, in cordibus fidelium concivit sanctitatis desiderium, «altae mensurae» vitae christianae ordinariae. Mundum, credentes et non credentes, catholicos et non catholicos est allocutus. Usque ad finem Magister fuit veritatis atque exemplum voluntatis Domini accipiendae. Eius longus et progrediens morbus factus est illi cathedra nobilissima et altissima e qua salvificam proclamabat crucis virtutem atque spem vitae aeternae. Pie in Domino obdormivit Romae, in Palatio Apostolico, die II mensis Aprilis anno MMV, in vigilia Dominicae II Paschae seu de Divina Misericordia. Sollemnes exsequiae die VIII mensis Aprilis in Foro ante Basilicam Papalem Sancti Petri sunt celebratae, quas ingens turba participavit.

Consideratis amplissima solidissimaque sanctitatis fama, in diebus exsequiarum multorum fidelium et personarum bonae voluntatis etiam aliarum religionum adventu demonstrata, nec non constanti peregrinatione ad eius sepulcrum in Basilica Papali Sancti Petri, Summus Pontifex Benedictus XVI, clarus Decessor Noster, exemit a quinque annis exspectandis a decessu ut Inquisitio dioecesana inchoaretur, ita ut die XXVIII mensis Iunii anno MMV Inquisitio dioecesana incipi posset *super vita et virtutibus,* quae apud Vicariatum Romae annis MMV-MMVII est peracta. Processus*, super mira*

sanatione apud Curiam Episcopalem Aquensem in Gallia annis MMVI-MMVII est instructus. Expleto regulari itinere canonico, die I mensis Maii anno MMXI in Foro ante Basilicam Papalem Sancti Petri Summus Pontifex Benedictus XVI sollemni praefuit ritui Beatificationis. Eodem die in Costarica quaedam evenit sanatio, intercessioni eiusdem beati Ioannis Pauli II tributa. Nova Inquisitio dioecesana de eiusmodi eventu apud Curiam Archiepiscopalem Sancti Iosephi in Costarica, a die XX mensis Novembris ad diem II mensis Decembris, anni MMXII, secundum normas canonicas, est peracta atque Congregatio de Causis Sanctorum validitatem iuridicam Processus Decreto die XII mensis Februarii anno MMXIII agnovit. Consilium Medicum Congregationis de Causis Sanctorum, in Congressione die XXVIII mensis Februarii anno MMXIII, unanimiter iudicavit sanationem sub luce scientiae medicae inexplicabilem. Ad hunc quod attinet eventum Consultores Theologi, in Congressu Peculiari die X mensis Aprilis anno MMXIII habito, de intercessione beati Ioannis Pauli II affirmativam tulerunt sententiam. Patres Cardinales et Episcopi, in Sessione Ordinaria die II mensis Iulii eiusdem anni congregati, agnoverunt sanationem verum fuisse miraculum.

Nosmet Ipsi die V mensis Iulii anno MMXIII facultatem Congregationi de Causis Sanctorum tribuimus ut Decretum *super miraculo* promulgaret. Die XXX mensis Septembris eiusdem anni in Consistorio canonizationem beati Ioannis Pauli II die XXVII mensis Aprilis, in Dominica II Paschae seu de Divina Misericordia, anno MMXIV, celebrandam decrevimus.

Hodie igitur Romae in Foro Petriano inter Missarum sollemnia hanc pronuntiavimus formulam:

Ad honorem sanctae et individuae Trinitatis, ad exaltationem fidei catholicae et vitae christianae incrementum, auctoritate Domini nostri Iesu Christi, beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de plurimorum Fratrum Nostrorum Consilio, Beatos Ioannem XXIII et Ioannem Paulum II Sanctos esse decernimus et definimus, ac Sanctorum Catalogo adscribimus, statuentes eos in universa Ecclesia inter Sanctos pia devotione recoli debere. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Praeclarus hic Summus Pontifex excellentem ostendit spiritalem progressum, Christi eiusque Ecclesiae dilectionem atque insignia dedit pietatis testimonia. Studiose Evangelium omnibus gentibus nuntiare properavit, adiuncta aetatis nostrae et condiciones vitae humanae perspicue considerans

et interpretans. Dum illius conspicimus virtutes et pastoralis navitatis multa incepta, ad altiorem usque in cotidiano itinere imitationem Salvatoris incitamur adque sanctitatem et proprii status perfectionem consequendam invitamur.

Quae autem his Litteris decrevimus, nunc et in posterum rata et firma esse volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die vicesimo septimo mensis Aprilis, in Dominica II Paschae seu de Divina Misericordia, anno Domini bismillesimo quarto decimo, Pontificatus Nostri secundo.

EGO FRANCISCUS
Catholicae Ecclesiae Episcopus

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*



Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 49.329

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

CASHELIENSIS et EMELIENSIS

Ecclesiae Casheliensis et Emeliensis in Hibernia unam in dioecesim rediguntur.

FRANCISCUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

ad perpetuam rei memoriam

Quo flagranti in omnes christifideles amore inflammamur, is Nos incitat ut, quotiescumque res postulat, aptiori ecclesiasticarum circumscriptionum dispositioni prospiciamus. Quam ob rem cogitationes ad Casheliensem et Emeliensem circumscriptiones nunc conferimus quae, saeculis vertentibus, reapse in unam propemodum dioecesim coierunt. Anno quidem MDCCXVII, Decessor Noster Clemens XI, commoditati populi christiani providens in latere meridiano occidenti Hiberniae degentis, Emeliensem Ecclesiam concredit Archiepiscopo Metropolitae Casheliensi in Administrationem perpetuam. Nunc vero, ad fecundiorem christianam vitam fovendam fidemque vivaciorem alendam inter oves dilectissimi gregis, opportune Nobis videtur aeque principaliter formaliter eas circumscriptiones coniungere.

Quamobrem, praehabito favorabili voto Venerabilium Fratrum Edmundi Martin, Archiepiscopi Armachani et Praesidis Conferentiae Episcoporum Hiberniae, et Caroli Ioannis Brown, Archiepiscopi titulo Aquileiensis, Nuntii Apostolici in Hibernia, de Consilio Congregationis pro Episcopis, cumque in votis etiam res sit quorum interest, vi et potestate Nostra Apostolica harumque Litterarum virtute decernimus ut praefata dioecesis Emeliensis Casheliensi Metropolitanae Ecclesiae aeque principaliter uniatur, ita ut unus idemque sacrorum Antistes utrique praesit Ecclesiae et Archiepiscopus Metropolita Casheliensis et Emeliensis insimul censeatur et sit.

Quae omnia quo certius perficiantur pleniusque destinamus Nos fidenter Venerabilem Fratrem Carolum Ioannem Brown, Nuntium Apostolicum

in Hibernia, necessarias et opportunas dum ei tribuimus facultates etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere simul iniuncto ad Congregationem pro Episcopis verum exemplar actus ipsius impletae exsecutionis quam primum remittendi.

Quae postremo hic maturo quidem Consilio ediximus, suos ea effectus tam nunc quam in tempus venturum habere iubemus, quibuslibet rebus haudquaquam obsistentibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die vicesimo sexto mensis Ianuarii, anno Domini bis millesimo quinto decimo, Pontificatus Nostri secundo.

De mandato Summi Pontificis
PETRUS card. PAROLIN
Secretarius Status

Franciscus Di Felice, *Proton. Apost.*
Leonardus Sapienza, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 65.533

II

SANCTI EPHRAIMI KHADKIENSIS SYRO–MALANKARENSIUM

In India nova Exarchia Apostolica constituitur Sancti Ephraimi Khadkiensis Syro-Malankarensium appellanda.

FRANCISCUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

ad perpetuam rei memoriam

Nos, qui successimus in beati Petri locum, spirituali totius Dominici gregis bono magna sollicitudine consulere nitimur. Quo igitur aptius et commodius animarum curae in regione meridionali Indiae provideretur, attente exaudivimus consilium Congregationis pro Ecclesiis Orientalibus, quae censuit opportunum esse novam Syro-Malankarensem circumscriptionem ecclesiasticam conditum iri. Accepto igitur favorabili voto omnium quorum interest, Nos, auctoritate Nostra Apostolica, haec omnia quae sequuntur decernimus. Ea in regione quae totas et integras civitates *Maharashtra, Goa, Andhra Pradesh*, et *Telangana* necnon quasdam partes civitatum *Karnataka* et *Tamil Nadu* complectitur ubi hucusque eiusdem Ecclesiae Syro-Malankarensis circumscriptiones desunt, nunc Exarchiam Apostolicam nomine Sancti Ephraimi Khadkiensis Syro-Malankarensium condimus. Iubemus insuper ut cathedra eiusdem Exarchiae in urbe *Khadkiensi* ponatur. Nova circumscriptio Apostolicae Sedi directo subicietur, omniaque iura, honores, privilegia, quae talibus Ecclesiis cedunt, et huic damus; sacrorum vero Antistiti etiam onera iusta imponimus ad normam sacrorum canonum. Ceterum, in hac rerum ordinatione probati usus ac legitimae Orientalis Ecclesiae consuetudines omnino serventur. Volumus postremo ut haec Nostra decreta exsequantur, quorum exempla sincere scripta ad Congregationem pro Ecclesiis Orientalibus cito mittantur. Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuius-

vis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die vicesimo et sexto mensis Martii, anno Domini bis millesimo quinto et decimo, Pontificatus Nostri tertio.

De mandato Summi Pontificis
PETRUS card. PAROLIN
Secretarius Status

Franciscus Di Felice, *Proton. Apost.*
Leonardus Sapienza, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 66.219

III

HAIDUDOROGHENSIS RITUS BYZANTINI

In Hungaria Ecclesia Metropolitana Haidudoroghensis ritus Byzantini erigitur.

FRANCISCUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

De spiritali itinere nec non regimine Christifidelium Hungariae ritus Byzantini Nosmet Ipsi, Qui pergrave Successoris Petri munus exercemus, valde solliciti, aptiores etiam eis ecclesiasticas structuras instituere volumus. Auditis igitur Venerabili Fratre Nostro Cardinale Praefecto Congregationis pro Ecclesiis Orientalibus ceterisque quorum interest, summa Apostolica potestate Eparchiam Haidudoroghensem ad gradum Ecclesiae Metropolitanae Haidudoroghensis ritus Byzantini appellandae evehimus, cum sede principe in urbe Debrecensi, propriis cum iuribus et obligationibus. Eius suffraganeae deinceps erunt Eparchiae Nyiregyhazana et Miskolcensis hoc ipso die constitutae. Haec omnia reliquaque secundum normas Codicis Canonum Ecclesiarum Orientalium temperentur. Insuper de eodem absoluto negotio sueta documenta exarentur et ad memoratam Congregationem mittantur. Quod autem hac Apostolica Constitutione fieri censuimus, perpetuo custodiri iubemus contrariis quibuslibet causis haudquaquam obstantibus. Futurum certe interea esse arbitramur ut haec Nostra sententia plurimos pariat salutares fructus posteris annis in apostolatu cotidiano et totius gregis illius flore conspicuo.

Datum Romae, apud S. Petrum, die undevicesimo mensis Martii, in sollemnitate S. Ioseph, Sponsi Beatae Mariae Virginis anno Domini bismilesimo decimo quinto, Pontificatus Nostri tertio.

De mandato Summi Pontificis
PETRUS card. PAROLIN
Secretarius Status

Franciscus Di Felice, *Proton. Apost.*
Leonardus Sapienza, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 66.325

IV

HUNGARIAE PRO CHRISTIFIDELBUS BYZANTINI RITUS

Ecclesiae Metropolitana sui iuris Hungariae pro Christifidelibus Byzantini ritus conditur.

FRANCISCUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

In hac suprema Apostolorum Principis Cathedra positi, inter haud parvas nec paucas summi Apostolici ministerii Nostri curas magni momenti habendas esse censemus eas, quae ad Ecclesias Orientales pertinent, cum emineant ipsae vetusta ac memoranda historia, sana doctrina, praeclaris traditionibus et miris exemplis sanctitatis. Hisce igitur considerationibus edocti et Decessorum Nostrorum vestigia secuti, audito Venerabili Fratre Nostro Cardinale Praefecto Congregationis pro Ecclesiis Orientalibus, summa Apostolica potestate constituimus Ecclesiam Metropolitanam sui iuris Hungariae pro Christifidelibus Byzantini ritus, cui Archiepiscopus Metropolita Haidudoroghensis praesidet dum residentiae sedem in urbe Debrecensi ponimus et ecclesiam Cathedralem in sacra aede Mariae Matris Dei a Patrocinio. Eius autem constitutio et administratio ad normas Codicis Canonum Ecclesiarum Orientalium fient. Quae vero iussimus ad effectum rite adducantur deque absoluto negotio sueta documenta exarentur et ad Congregationem pro Ecclesiis Orientalibus mittantur. Hanc denique Apostolicam Constitutionem nunc et in posterum ratam esse volumus, contrariis privilegiis et consuetudinibus quibuslibet etiam centenariis minime obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die undevicesimo mensis Martii, in sollemnitate Sancti Ioseph, Sponsi Beatae Mariae Virginis et Patroni Universalis Ecclesiae, anno Domini bis millesimo decimo quinto, Pontificatus Nostri tertio.

De mandato Summi Pontificis
PETRUS card. PAROLIN
Secretarius Status

Franciscus Di Felice, *Proton. Apost.*
Leonardus Sapienza, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 66.330

V

NYIREGYHAZANA PRO CHRISTIFIDELIBUS RITUS BYZANTINI

In Hungaria nova Eparchia Nyiregyhazana pro Christifidelibus Byzantini ritus conditur.

FRANCISCUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad aptius consulendum spirituali bono atque regimini Christifidelium Byzantini ritus in Hungaria degentium, opportunum est visum pro iisdem Eparchiam condere. Audito igitur Venerabili Fratre Nostro S.R.E. Cardinale Praefecto Congregationis pro Ecclesiis Orientalibus, sequentia decernimus. Ex territorio a iurisdictione Archiepiscopi Haidudoroghensis detracto – id est in regionibus civilibus *Szabolcsis*, *Szatmarsis* et *Beregsis* – suprema Apostolica auctoritate constituimus Eparchiam Nyiregyhazanam cum omnibus iuribus atque obligationibus, quam Metropolitanae Ecclesiae Haidudoroghensi subicimus cuiusque sedem in urbe Nyiregyhazana ponimus, habens Cathedralem ecclesiam in sacra aede Deo dicata in honorem Sancti Nicolai, Episcopi Myrensis. Insuper omnes sacerdotes Archieparchiae Haidudoroghensis in paroeciis praedicti territorii ministerium exercentes suum novae Eparchiae ipso facto incardinabuntur, necnon seminarii alumni ex iisdem paroeciis provenientes ad novam circumscriptionem pertinebunt. Eius autem constitutio et administratio ad normas Codicis Canonum Ecclesiarum Orientalium fient. Quae vero iussimus ad effectum rite adducantur deque absoluto negotio sueta documenta exarentur et ad Congregationem pro Ecclesiis Orientalibus mittantur. Hanc denique Apostolicam Constitutionem nunc et in posterum ratam esse volumus, contrariis rebus nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die undevicesimo mensis Martii, in sollemnitate Sancti Ioseph, Sponsi Beatae Mariae Virginis et Patroni Universalis Ecclesiae, anno Domini bis millesimo decimo quinto, Pontificatus Nostri tertio.

De mandato Summi Pontificis
PETRUS card. PAROLIN
Secretarius Status

Franciscus Di Felice, *Proton. Apost.*
Leonardus Sapienza, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 66.328

VI

MISKOLCENSIS PRO CHRISTIFIDELIBUS BYZANTINI RITUS

Exarchia Apostolica Miskolcensis pro Ecclesia Byzantina Hungariae ad gradum Eparchiae evehitur.

FRANCISCUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

ad perpetuam rei memoriam

Qui successimus in beati Petri locum spirituali totius Dominici gregis bono magna sollicitudine consulere nitimur. Cum vero Exarchia Apostolica Miskolcensis Hungariae magna ceperit incrementa quod attinet ad fidelium numerum atque ad proprium ecclesiasticum patrimonium servans spiritualem fidem, audito Venerabili Fratre Nostro Cardinale Praefecto Congregationis pro Ecclesiis Orientalibus, summa Nostra potestate eandem Exarchiam Apostolicam ad gradum Eparchiae evehimus propriis cum iuribus et obligationibus; quam quidem Metropolitanae Sedi Haidudoroghensi subicimus atque Venerabilem Fratrem Athanasium Orosz, hactenus Exarchum Apostolicum Miskolcensem, Episcopum eiusdem Eparchiae nominamus, ipsum transferentes a Sede titolari et episcopali Panitana, cum omnibus iuribus ac facultatibus tali muneri adnexis ad normam Codicis Canonum Ecclesiarum Orientalium. Insuper praecipimus ut omnes sacerdotes in territorio Exarchiae Apostolicae ministerium exercentes ipso facto novae Eparchiae incardinentur itemque seminarii alumni ex eiusdem paroeciis provenientes novae circumscriptioni ascribantur. Insuper de absoluto negotio sueta documenta exarentur et Congregationi pro Ecclesiis Orientalibus mittantur. Hanc denique Apostolicam Constitutionem iugiter ratam esse volumus, contrariis rebus nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die undevicesimo mensis Martii, anno Domini bis millesimo decimo quinto, Pontificatus Nostri tertio.

De mandato Summi Pontificis
Petrus card. Parolin
Secretarius Status

Franciscus Di Felice, *Proton. Apost.*
Leonardus Sapienza, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 66.329

VII

SANCTI IOANNIS CHRYSOSTOMI GURGAONENSIS SYRO-MALANKARENSIUM

In India nova conditur Eparchia Sancti Ioannis Chrysostomi Gurgaonensis Syro-Malankarensium.

FRANCISCUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quo aptius consuleretur spirituali bono atque regimini Christifidelium Syro-Malankarensium in India septentrionali degentium, visum est pro iisdem Eparchiam novam condere. Nos igitur in Apostolorum Principis cathedra constituti, audito Consilio Venerabilis Fratris Nostri Leonardi S.R.E. Cardinalis Sandri, Praefecti Congregationis pro Ecclesiis Orientalibus, re mature perpensa, summa Apostolica auctoritate Eparchiam Sancti Ioannis Chrysostomi Gurgaonensis Syro-Malankarensium, quae comprehendit omnes septentrionales civitates, usque ad extremos Patriae fines, necnon medias civitates *Gujarat*, *Madhya Pradesh*, *Chhattisgarh* atque *Orissa*, erigimus, omnibus factis iuribus et obligationibus talium Ecclesiarum propriis; cuius Sedem eparchialem in urbe Gurgaonensi ponimus. Eius autem constitutio et administratio ad normas Codicis Canonum Ecclesiarum Orientalium fient. Quae vero iussimus ad effectum rite adducantur, deque absoluto negotio sueta documenta exarentur et ad Congregationem pro Ecclesiis Orientalibus mittantur. Hanc denique Apostolicam Constitutionem nunc et in posterum ratam esse volumus, contrariis rebus nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die vicesimo sexto mensis Martii, anno Domini bis millesimo decimo quinto, Pontificatus Nostri tertio.

De mandato Summi Pontificis
PETRUS card. PAROLIN
Secretarius Status

Franciscus Di Felice, *Proton. Apost.*
Leonardus Sapienza, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 66.217

LITTERAE APOSTOLICAE MOTU PROPRIO DATAE

De statutorum recognitione aerarii Vaticani pro emeritis stipendiis.

I. Il Fondo Pensioni, istituito con il «Motu Proprio» *La preoccupazione*, dell'8 settembre 1992, ha personalità giuridica canonica pubblica e civile vaticana con sede nello Stato della Città del Vaticano. Il Patrimonio appartenente al Fondo, meglio definito con il «Motu Proprio» *Adnexa*, del 15 dicembre 2003, è attribuito ad esso insieme alla successione della titolarità di tutte le attività e passività. Il campo di applicazione del presente Statuto del Fondo Pensioni revisionato, resta riferito al Personale e agli Enti di cui al Regolamento Generale del Fondo Pensioni del 15 dicembre 2003. Il Fondo Pensioni è anche responsabile delle passività relative ai benefici a favore dei dipendenti vaticani non inclusi nell'attuale Fondo Pensioni, compresi gli ex dipendenti andati in pensione anteriormente al gennaio 1993, le cui passività sono attualmente detenute nei bilanci della Santa Sede, dello Stato della Città del Vaticano o dei singoli Enti, amministrativamente autonomi, gestiti dalla Sede Apostolica e rientranti nel campo di applicazione del Regolamento Generale del Fondo Pensioni. Condizione indispensabile per la presa in carico da parte del Fondo delle pensioni «ante 1.01.1993» è che, prima del trasferimento di tali passività al Fondo, la riserva matematica dei contributi necessari alla copertura finanziaria dei suddetti oneri previdenziali, valutata sulla base di ipotesi coerenti da uno studio attuariale internazionale, sia corrisposta interamente al Fondo medesimo da parte degli Enti attualmente responsabili di tali passività.

II. Dalla predetta data, lo Statuto del Fondo Pensioni, approvato il 15 dicembre 2003, è abrogato insieme a tutte le successive modifiche ed integrazioni. Il Regolamento Generale del Fondo Pensioni, del 15 dicembre 2003, resta in vigore, nella misura in cui non risulti in contrasto con lo Statuto revisionato, e fino ad emanazione di nuove norme. Tutte le questioni concernenti l'interpretazione e l'applicazione dello Statuto e del Regolamento sono di competenza del Consiglio di Amministrazione del Fondo Pensioni, sentito il parere del Segretario di Stato e del Prefetto della Segreteria per l'Economia.

Quanto stabilito con la presente Lettera Apostolica in forma di «Motu Proprio» ha pieno valore, nonostante qualsiasi disposizione contraria, pur meritevole di speciale menzione.

Definizioni

Al fine del presente Statuto i termini sotto indicati hanno il seguente significato:

«Fondo»:	Fondo Pensioni Vaticano;
«Statuto»:	Presente Statuto del Fondo;
«Fondo 1992»:	Fondo Pensioni istituito dal Sommo Pontefice Giovanni Paolo II con «Motu Proprio» *La preoccupazione* dell'8 settembre 1992;
«Amministrazione»:	Ciascuno degli Organismi o Enti di cui all'Art. 1 del presente Statuto, senza pregiudizio della sua natura;
«Consiglio»:	«Consiglio di Amministrazione del Fondo Pensioni».

STATUTO DEL FONDO PENSIONI

CAPO I
NATURA GIURIDICA, FINALITÀ E FUNZIONI

Art.1
Campo di applicazione

1. Il Fondo Pensioni ha personalità giuridica canonica pubblica e civile vaticana e sede nella Città del Vaticano. La principale finalità del Fondo è quella di assicurare una copertura previdenziale al Personale ecclesiastico, religioso e laico, alle dipendenze della Curia Romana, dello Stato della Città del Vaticano e di altri Organismi o Enti esistenti e futuri anche non aventi sede legale o domicilio nello Stato della Città del Vaticano, gestiti amministrativamente in modo diretto dalla Sede Apostolica e comunque al Personale dipendente compreso nel campo di applicazione del Regolamento Generale del Fondo Pensioni 2004, nonché ai titolari di trattamenti pensionistici del Fondo 1992 e degli Enti per i quali così disponga il Sommo Pontefice.

2. L'iscrizione al Fondo dei dipendenti di Amministrazioni che alla data di entrata in vigore del presente Statuto non hanno personale già iscritto o di Amministrazioni istituite successivamente al 28 maggio 2015, è subordinata all'autorizzazione della Segreteria di Stato, dopo aver ascoltato la Segreteria per l'Economia.

3. La Segreteria di Stato, con propri provvedimenti certifica la natura di Organismo o Ente gestito amministrativamente in modo diretto dalla Sede Apostolica.

Art. 2

Finalità e funzioni

1. Il Fondo eroga pensioni dirette agli iscritti, per vecchiaia, per anzianità e per inabilità, e pensioni indirette o di reversibilità ai familiari aventi diritto a pensione come da Regolamento Generale del Fondo stesso.

2. Il Fondo svolge funzioni di Ente assicuratore verso le posizioni previdenziali estinte con diritto ad accensione di una polizza assicurativa.

3. Esso, altresì, assicura l'erogazione di indennità e di provvidenze, quali:

a) le prestazioni di cui ai Titoli IV e V delle Norme per la disciplina delle prestazioni che competono al personale che ha subito lesione fisica o psichica da infortunio o contratto malattia per fatti di servizio, da corrispondersi dalle Amministrazioni di appartenenza dei dipendenti beneficiari delle medesime;

b) assegni familiari, assegni al nucleo familiare e provvidenze a favore della famiglia ai titolari di pensione, da corrispondersi dalle Amministrazioni come da Regolamento Generale.

CAPO II

PATRIMONIO DEL FONDO E SUA GESTIONE

Art. 3

Patrimonio e gestione delle risorse

1. Il Patrimonio del Fondo è quello attribuito alla sua istituzione (1992), come definito nel «Motu Proprio» di approvazione del presente Statuto.

2. Il Patrimonio è alimentato, con le stesse modalità finora adottate, dalla contribuzione degli iscritti, dalle differenze contributive dovute dalle

Amministrazioni per i dipendenti che all'atto del collocamento a riposo hanno optato per il solo trattamento pensionistico ai sensi delle Norme per la liquidazione nel trattamento di quiescenza del 1972, dai riscatti dei periodi di studi universitari effettuati secondo le Norme di attuazione degli Artt. 11 e 13, 2° comma del Regolamento Generale del Fondo Pensioni 2004, dai proventi derivanti dalle disponibilità patrimoniali, da lasciti, da donazioni, da eredità e da ogni altra entrata finalizzata alla realizzazione dei fini istituzionali del Fondo.

3. Sul Patrimonio gravano le uscite dovute all'erogazione di prestazioni pensionistiche e all'estinzione di posizioni iscritte e le spese di funzionamento del Fondo.

4. La gestione patrimoniale e finanziaria del Fondo è affidata al Consiglio di Amministrazione.

5. Gli investimenti e i disinvestimenti dei comparti immobiliare e mobiliare sono effettuati dal Consiglio di Amministrazione del Fondo ordinariamente attraverso l'APSA o tramite specifiche convenzioni con terzi le quali devono contenere le linee di indirizzo gestionale date dal Consiglio per l'Economia.

CAPO III
ORGANI DI AMMINISTRAZIONE E DI VIGILANZA INTERNA ED ESTERNA

Art. 4

1. Organi di amministrazione e di vigilanza interna del Fondo sono:

a) il Presidente del Consiglio di Amministrazione;
b) il Consiglio di Amministrazione;
c) il Direttore;
d) il Collegio dei Revisori dei Conti.

2. Organi esterni di vigilanza e di controllo sono:

a) il Consiglio per l'Economia;
b) la Segreteria per l'Economia;
c) Revisore Generale.

SEZIONE I
ORGANI DI AMMINISTRAZIONE
E DI VIGILANZA INTERNA

Art. 5
Presidente del Consiglio di Amministrazione

1. Il Presidente del Consiglio di Amministrazione del Fondo è nominato dal Sommo Pontefice. L'incarico è quinquennale e può essere rinnovato per un altro mandato.

2. Per la nomina del Presidente del Consiglio di Amministrazione il Coordinatore del Consiglio per l'Economia, sottopone al Sommo Pontefice una lista di almeno tre candidati.

3. Egli è il rappresentante legale del Fondo.

4. Il Presidente convoca e presiede le riunioni del Consiglio di Amministrazione.

5. Egli su proposta del Direttore presenta al Consiglio di Amministrazione gli atti di straordinaria amministrazione, così come specificati nel Regolamento.

6. In caso di urgenza, il Presidente, adotta ogni provvedimento di competenza del Consiglio di Amministrazione da sottoporre a ratifica nella prima riunione del Consiglio medesimo.

7. In caso di assenza o di impedimento, egli è sostituito dal membro del Consiglio più anziano di età.

Art. 6
Consiglio di Amministrazione

l. Il Consiglio di Amministrazione è composto da undici membri:

a) il Presidente;

b) quattro esperti in materia assicurativa e di gestione dei fondi pensioni o di fondi patrimoniali, provenienti da diversi Paesi nominati dal Consiglio per l'Economia;

c) quattro membri esperti in campo amministrativo, designati rispettivamente dal Prefetto di Propaganda Fide; dal Presidente della Commissione

per lo SCV; dal Presidente dell'APSA e dal Presidente della Fabbrica di San Pietro, nominati dal Segretario di Stato, sentito il Prefetto della Segreteria per l'Economia;

d) due membri, in rappresentanza degli iscritti e dei pensionati del Fondo scelti e nominati dal Segretario di Stato.

2. I membri sono nominati *ad quinquennium* e possono essere rinnovati per un altro mandato.

3. Le procedure per la designazione dei membri devono iniziare almeno tre mesi prima della prevista scadenza.

4. In caso di cessazione o decadenza dei componenti del Consiglio di Amministrazione, anche per assenza ingiustificata a tre sedute consecutive, o per perdita della qualità che ha determinato la nomina, si procede negli stessi modi alla sostituzione per il periodo di tempo rimanente del mandato.

5. Non possono essere nominati membri del Consiglio di Amministrazione coloro che si trovino in qualsiasi modo in conflitto di interesse rispetto alle attività specifiche del Fondo. Una dichiarazione di assenza di cause di conflitti di interesse viene rilasciata da ogni membro al momento dell'accettazione della carica. Situazioni conflittuali sistematiche che possano emergere durante il mandato comportano la perdita dell'incarico. Qualora nel corso delle sedute del Consiglio di Amministrazione dovessero emergere circostanziate situazioni di conflitto di interessi, il membro interessato non deve partecipare alla discussione e alla relativa deliberazione.

6. Il Presidente può invitare esperti nelle materie di trattazione del Fondo per partecipare alle riunioni del Consiglio di Amministrazione ed ottenerne la qualificata consulenza.

Art.7

Convocazione e deliberazioni del Consiglio di Amministrazione

1. Il Consiglio di Amministrazione deve essere convocato almeno quattro volte all'anno e ogni volta che il Presidente lo giudichi necessario o che tre membri lo richiedano in forma scritta.

2. La convocazione, contenente l'ordine del giorno, è effettuata con comunicazione scritta inviata ai membri o eseguita mediante l'impiego di

mezzi tecnici che garantiscano la conoscenza dell'atto, almeno dieci giorni prima della data prevista per la riunione.

3. L'ordine del giorno è stabilito, d'intesa con il Direttore, dal Presidente che vi include anche gli argomenti eventualmente proposti dai membri.

4. Per la validità della seduta è necessaria la presenza della maggioranza dei componenti. La maggioranza dei componenti può essere raggiunta anche attraverso la partecipazione in videoconferenza.

5. Le deliberazioni sono assunte con il voto favorevole della maggioranza dei partecipanti alle riunioni. In caso di parità di voti, prevale il voto del Presidente.

6. Partecipa alle riunioni del Consiglio, con funzione consultiva, il Direttore dell'Ufficio del Fondo, che funge da segretario e sottoscrive i verbali firmati dal Presidente e da approvare da parte di tutti i membri partecipanti. Copia è inviata alla Segreteria di Stato e alla Segreteria per l'Economia.

Art. 8
Compiti del Consiglio di Amministrazione

l. Il Consiglio di Amministrazione delibera in merito:

a) ai criteri di organizzazione, gestione e amministrazione del Fondo;

b) ai criteri d'investimento per le disponibilità del Fondo. In particolare, decide i limiti d'investimento complessivi per le disponibilità di breve termine ed in merito ad altre attività finanziarie e immobiliari. Detti criteri devono prendere in considerazione la diversificazione, l'allineamento con la scadenza delle attività e passività e il profilo di rischio complessivo desiderato sia in termini di rischio d'investimento e di finanziamento, sia in termini di rischio demografico;

c) alla selezione dei gestori del patrimonio e ai mandati di investimento. Il Consiglio di Amministrazione del Fondo Pensioni è tenuto a garantire che la gestione delle attività finanziarie e immobiliari sia svolta da professionisti, qualificati a livello internazionale, gestori del patrimonio di terze parti, sotto il controllo della Santa Sede e dello Stato della Città del Vaticano;

d) alla scelta delle banche fiduciarie da utilizzare per le attività finanziarie del Fondo;

e) alla redazione di un regolamento da sottoporre all'approvazione della Segreteria di Stato, sentita la Segreteria per l'Economia;

f) alla presentazione alla Segreteria di Stato di eventuali proposte riguardanti modifiche dello Statuto o del Regolamento, dopo aver sentito la Segreteria per l'Economia;

g) ai Bilanci Preventivo, Consuntivo e Tecnico-attuariale e relative relazioni, anche periodiche, esprimendo il proprio parere favorevole alla loro presentazione alla Segreteria di Stato ed alla Segreteria per l'Economia;

h) all'interpretazione, ai fini interni, di ogni normativa e disposizione relativa al Fondo;

i) a singole questioni previdenziali e amministrative incluse le decisioni sulle controversie di cui all'Art. 14 presentate su ricorso degli iscritti, dei loro superstiti o dei loro aventi causa.

Art. 9
Direttore dell'Ufficio del Fondo

1. Il Direttore del Fondo è nominato dal Santo Padre, su proposta del Consiglio di Amministrazione. La nomina è *ad quinquennium*.

2. È compito del Direttore:

a) gestire il Personale dell'Ufficio del Fondo, svolgendo altresì i relativi adempimenti amministrativi;

b) partecipare con funzione consultiva alle adunanze del Consiglio di Amministrazione;

c) collaborare con il Presidente nella programmazione delle adunanze del Consiglio di Amministrazione e nella preparazione dei relativi documenti;

d) svolgere funzioni di sovrintendenza e di coordinamento delle attività dell'Ufficio;

e) dare esecuzione alle deliberazioni del Consiglio di Amministrazione;

f) tenere i rapporti con le Amministrazioni di cui all'Art. 1. 1 del presente Statuto;

g) esercitare ogni altro potere attribuitogli, in via continuativa o volta per volta, dal Consiglio di Amministrazione.

Art. 10
Collegio dei Revisori dei Conti

1. Il Collegio dei Revisori dei Conti, composto di tre membri di cui uno con funzione di presidente, è nominato dal Segretario di Stato per un quinquennio rinnovabile una sola volta.

2. I Revisori assistono alle riunioni del Consiglio di Amministrazione del Fondo e rispondono del loro operato direttamente alla Segreteria di Stato.

3. I Revisori, con periodicità almeno trimestrale, controllano l'amministrazione del Fondo, accertano le consistenze di tesoreria, la regolare tenuta della contabilità e la corrispondenza della stessa ai principi contabili vigenti.

4. Il Collegio dei Revisori esamina il Bilancio Preventivo, Consuntivo e Tecnico-attuariale, corredati dai documenti giustificativi. In particolare, accerta la corrispondenza del bilancio consuntivo alle risultanze dei libri e delle scritture contabili.

5. I verbali e le osservazioni dei Revisori sono trasmesse alla Segreteria di Stato e messe a disposizione dei membri del Consiglio di Amministrazione.

SEZIONE II
ORGANI ESTERNI DI VIGILANZA E DI CONTROLLO

Art. 11

Il Fondo Pensioni è sottoposto alla vigilanza del Consiglio per l'Economia, della Segreteria per l'Economia e del Revisore Generale ciascuno secondo le competenze loro attribuite dai rispettivi Statuti.

CAPO IV
UFFICIO DEL FONDO

Art. 12
Gestione amministrativa

Ogni attività concernente la gestione amministrativa è affidata all'Ufficio del Fondo, al quale spetta in particolare:

a) la tenuta della contabilità e la redazione dei Bilanci Preventivo, Preconsuntivo e Consuntivo in conformità alle disposizioni del Consiglio di Amministrazione;

b) la raccolta e la gestione delle iscrizioni;

c) la gestione delle prestazioni di cui all'Art. 2;

d) l'elaborazione dei dati da fornire all'Attuario per la redazione del Bilancio Tecnico-attuariale del Fondo;

e) la predisposizione della modulistica e dei rendiconti.

Art. 13
Organico dell'Ufficio del Fondo

1. L'Ufficio del Fondo ha un proprio Organico.

2. Al Personale si applica il Regolamento Generale della Curia Romana in vigore.

3. L'attuario è nominato dal Consiglio di Amministrazione del Fondo.

4. Il Fondo può avvalersi della collaborazione e della consulenza di esperti esterni. La relativa decisione e la qualificazione del compenso spettano al Consiglio di Amministrazione. Il contratto di collaborazione è stipulato dal Presidente.

CAPO V
RICORSI AMMINISTRATIVI

Art.14

1. Gli iscritti al Fondo Pensioni, i loro superstiti o aventi causa che si ritengano lesi da un provvedimento in materia di contribuzione o prestazione, nonché coloro che abbiano ricevuto un diniego all'iscrizione al Fondo, possono ricorrere al Consiglio di Amministrazione, tenuto a decidere, in un'unica istanza, la revoca o la modifica del provvedimento, esponendone i motivi.

2. Il termine per ricorrere in via amministrativa al Consiglio di Amministrazione è di trenta giorni, a pena di decadenza, dalla data di ricevimento del provvedimento da parte dell'interessato.

3. In caso di rigetto del ricorso o nel caso in cui il Consiglio di Amministrazione non adotti alcuna decisione entro novanta giorni dal ricevimento dell'istanza, l'interessato può proporre l'azione di fronte all'Ufficio del Lavoro della Sede Apostolica, in conformità alle relative norme statutarie.

CAPO VI
DISPOSIZIONI COMPLEMENTARI

Art. 15

1. I membri del Consiglio di Amministrazione, e tutti coloro che partecipano degli organismi di cui all'Art. 4 § 1, l'attuario, il personale, i con-

sulenti e gli esperti devono essere scelti secondo le modalità stabilite nella Curia Romana per l'assunzione dei dipendenti e tra persone di comprovata reputazione, liberi da qualsiasi conflitto d'interesse e con un adeguato livello di formazione, esperienza professionale e competenza nei settori che rientrano nell'ambito delle attività del Fondo.

2. Il Consiglio di Amministrazione predispone le procedure e le modalità applicative necessarie per il funzionamento del Fondo.

3. La giurisdizione competente è quella vaticana.

4. Per tutto quanto non previsto e disciplinato dal presente Statuto, si rinvia alla legislazione canonica e civile vigente nello Stato della Città del Vaticano.

Il presente Statuto viene approvato *ad experimentum*. Ordino che sia promulgato mediante affissione nel Cortile di San Damaso, e che entri in vigore in data odierna, prima di essere pubblicato negli *Acta Apostolicae Sedis*.

Dal Vaticano, il 28 maggio 2015, terzo di Pontificato.

FRANCESCO PP.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Venerabili Dei Servo Thomae de Olera caelitum Beatorum tribuitur dignitas.

FRANCISCUS PP.

Ad perpetuam rei memoriam. — «Hic amor respicit et vergit semper in Deum, et Deus vergit in Animam» (de Divino Amore).

Ita Venerabilis Dei Servus Thomas de Olera, saeculari nomine Thomas Acerbis appellatus, frater laicus Capuccinus scripsit, qui per totam vitam cor suum ad Dominum direxit. Istud sivit ut cotidianae fratris mendicantis consuetudines cum vita prorsus contemplativa miscerentur. Perfectus fuit ille Capuccinus sancti Francisci filius sive in rerum paupertate sive in amoris erga Deum et infimi ordinis populum divitiis, a nobilibus illius temporis hominibus propter «sapientiam cordis» requisitus.

Olerae, pusilli Bergomensis provinciae pagi, qui in Valle Seriana situs est, ex modica familia, exeunte anno MDLXIII, est ortus. Primos XVII annos apud nativum locum transegit, scholae expertem. Sicut parentes operam parvo et haud feraci agro colendo dedit atque paroeciale item templum adire solebat. Anno MDLXXX Ordinem Fratrum Minorum Capuccinorum apud provinciam Venetam est ingressus. Inde ab initio suae religiosae vitae rigidam regulam observare studuit, ab optimis sanctisque religiosis viris institutus, qui tempore aureo primorum annorum Capuccinae reformationis vixerunt. Novitiato absoluto, munus mendicandi ei est commissum, onerosum quidem et maximae prudentiae officium praesertim illis temporibus, cum una simul protestanti reformatione in illa regione contentiones potissimum usque vigerent. Suo est usus religiose officio, ut apostolatus evangelizationisque inceptis pauperioribus hominibus subveniret. Ostiatim compluribus in pagis urbibusque mendicavit, primum Veronae et in vicinia, deinde Vicetiae, Roboreti, Coneliani, Utini. Anno MDCXVI archidux Leopoldus V Asburgicus, imperatoris Ferdinandi II frater et Tirolis regens, voluit ut Ordo Capuccinorum, in locis a se rectis, missionibus agendis operam daret. Obtinuit

sic ut nova religiosa Provincia septentrionalis Tirolensis conderetur, ubi Venerabilis Dei Servus incardinatus est. Aenipontano claustro destinatus, ibi per totam reliquam vitam mansit, Hallam Tirolis, Monachium, Salisburgum, Vindobonam, Tridentum, Roboretum et Allam mendicationis causa invisens. Eius munus effecit ut amplum apostolatum sicut Evangelii praeco atque spiritus magister apud altioris humiliorisque ordinis homines ageret. Aeniponti die III mensis Maii anno MDCXXXI e vita excessit, lata sanctitatis fama circumfusus.

§ 2. La Commissione opera secondo le norme del presente Statuto, delle disposizioni canoniche universali e del Regolamento Generale della Curia Romana.

§ 3. I Membri della Commissione, il personale e i collaboratori dei gruppi di lavoro sono tenuti ad osservare il segreto d'ufficio relativamente alle notizie o informazioni di cui siano venuti a conoscenza nell'esercizio dei loro compiti e funzioni.

§ 4. Le lingue utilizzate dalla Commissione sono l'italiano, lo spagnolo e l'inglese.

§ 5. Gli archivi della Commissione sono conservati all'interno dello Stato della Città del Vaticano.

§ 6. Le norme del presente Statuto dovranno essere osservate ad experimentum per un periodo di tre anni, al termine del quale la Commissione presenterà al Sommo Pontefice le eventuali modifiche per l'approvazione dello Statuto definitivo.

Dal Vaticano, 21 aprile 2015

Pietro Card. Parolin

Segretario di Stato

ACTA CONGREGATIONUM

CONGREGATIO DE CAUSIS SANCTORUM

MARIANOPOLITANA

Beatificationis et Canonizationis Servae Dei Rosaliae Cadron-Jetté (in rel.: Matris a Nativitate) Fundatricis Instituti Sororum a Misericordia (1794-1864)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

« Iesu Salvatoris misericordiam explere ».

Haec est sententia, super quam Servae Dei Rosaliae Cadron-Jetté tota vita fulta est et ipsum propositum Instituti ab ea fundati evenit.

Serva Dei die 27 mensis Ianuarii anno 1794 in pago v.d. *Saint-Antoine de Lavaltrie* Canadensi in regione nata est eodemque die sacro fonte lustrata. Domi instituta est ibique domestica officia una cum consuendi et aliorum opificiorum artibus cognovit.

Aetatis suae annum septimum decimum agens, virum Ioannem Mariam Jetté cognovit et ei nupsit cognomenque eius suscipiens. E matrimonio undecim filii generati sunt, quorum quinque adhuc pueri mortui. Anno 1822 familia Jetté in pagum *Verchères* migravit et post variis eventibus Marianopolim sedem mutavit. Interea aliqui filii matrimonium inerunt et anno 1832, illius maritus atroci cholerae contagione correptus, una cum hominum multitudine e vita ereptus est.

Amisso viro, Rosalia, dum in reliquos filios incumbit, Episcopus Marianopolis, qui Servae Dei spiritualis moderator erat, eam traxit et incitavit in opus inchoandum pro iuvenibus matribus et pro earum pueris. Illa, quae iam mulierem iniuriis vexatam auxiliavit, una cum aliquibus mulieribus amicis pro hac causa operam dedit, hospitium matribus non nuptis offerens et alias praegnantes succurrens, quarum partui assedit, hac re, et medicum auxilium praebuit.

Hac condicione, Episcopus a Serva Dei postulavit ut ordinem religiosum ad hanc causam sustinendam institueret. Qua re Rosalia anno 1848

vota emisit, nomen Matris a Nativitate suscepit Institutumque Sororum a Misericordia fundavit. Insequenti anno, ius artis obstericiae adepta est statuitque ut etiam aliae sorores idemque ius assequerentur. Recens sodalitium, quamvis multa fuerint impedimenta, tamen se propagavit etiam externis in rebus: enim novam sedem exstruxit, ubi Serva Dei suae vitae reliquam partem degit.

Fervens Servae Dei interior vita, magno caritatis afflatu, in proximum se irrupit et maxime in iuvenes et mulieres, quae partum extra matrimonium gerebant, necnon in earum liberos et in omnes matres familias difficultatibus impeditas. Hac misericorditer excipiendi ratione, eius virtutes plane intelliguntur, sicut illa paupertas semper et absolute ab ea servata.

Omnibus in rebus, quibus sodalitium expertum est, Mater Nativitatis, constans testimonium humilitatis, liberalitatis, lenitatis et summae verecundiae praebuit. Temporis sui et loci necessaria ab illa muliere subtilissimo consilio comprehendebantur ad morale et sociale incrementum. Oratio in ea vehementissime defixa et haerens fuit sua in vita et per gradus illa in Cordis Christi mysterium et amorem penetravit, Serva Dei tam in familiari quam in religiosa vita semper Domini voluntatem efficere cupit. Mariae Virginis in sequela illa officio matris tam natura et humane quam spiritualiter functa est sumensque vigorem ad confutanda et sustinenda vulgi praeiudicia. Impedimenta et obstacula etiam suo in sodalitio non defuerunt sed Serva Dei omnem vicissitudinem etiam difficiliorem suavi in Dominum commendatione aggressa est et in hoc mulier misericordia, oratione et silentio vere fundata semper evasit.

Anno 1859, Rosaliae valetudo manifesto infirmari incepit, enim spirandi difficultate, tussi fere sine intermissione, anhelitu, cruribus tumefactis denique vulneribus crudescentibus laborabat. Hac re officium suum obstetricis deposuit et infirmos domi visitare desinit. Postremo in lecto tenebatur. Reliquos annos suae vitae patientia et fiducia in morbo degit et filias spirituales suas instituere perrexit.

Serva Dei, Marianopoli, die 5 mensis Aprilis anno 1864, sanctitatis odore, mortalem vitam deseruit.

Hac sanctitatis fama, iuxta Curiam Marianopolitanam a die 12 mensis Octobris anno 1990 ad diem 9 mensis Iunii anno 1992 Inquisitio dioecesana celebrata est, cuius iuridica validitas ab hac Congregatione de Causis Sanctorum, per Decretum diei 20 mensis Ianuarii anno 1993 est approbata.

Exarata *Positione*, secundum canones consuetos disceptatum est an Serva Dei heroum in modum, virtutes excoluisset. Die 26 mensis Martii anno 1996 Consultorum Historicorum Consilium habitum est et die 25 mensis Novembris anno 2001, positivo cum exitu, Peculiaris Consultorum Theologorum Congressus evenit. Patres Cardinales et Episcopi in Sessione Ordinaria die 3 mensis Decembris anno 2013 congregati, me Cardinale Angelo Amato praesidente, Servam Dei heroum in gradu virtutes theologales, cardinales et adnexas exercuisse agnoverunt.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Francisco per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, iisque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Rosaliae Cadron-Jetté (in rel.: Matris a Nativitate), Fundatricis Instituti Sororum a Misericordia, in casu et ad effectum de quo agitur*.

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 9 mensis Decembris a.D. 2013.

Angelus card. Amato, S.D.B.
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Marcellus Bartolucci
Archiep. tit. Mevaniensis, *a Secretis*

VERAPOLITANA

Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Zachariae a Sancta Theresia (in saeculo: Zachariae Salteráin Vizcarra) Sacerdotis Professi Ordinis Carmelitarum Discalceatorum (1887-1957)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

«Sitivit anima mea ad Deum, Deum vivum: quando veniam et apparebo ante faciem Dei?» (*Ps* 42, 3)

Vehemens cum Deo communionis desiderium, ab antiquo Israel psalmista cantatum, in Servi Dei Zachariae a Sancta Theresia, cui Zacharia Salteráin Vizcarra saeculare nomen, spiritualitate resonat: tota illius vita plane fuit progrediens in divinorum mysteriorum contemplationem immersio et continua Domini «faciei» exquisitio.

Dei Famulus die 5 mensis Novembris anno 1887 in oppido Abatiano, provinciae Biscaiae inter Hispaniae fines, est ortus. Expletis primis studiis in Durangensi Collegio, quod Patres e Societate Iesu regebant, anno 1903 Fratrum Carmelitarum Discalceatarum novitiatum est Larreae ingressus ac religiosum nomen Zachariam a Sancta Theresia sumpsit. Bilbai, Novae Victoriae et Pamplonae in philosophicas ac theologicas disciplinas incubuit. Sollemni professione die 15 mensis Septembris anno 1907 nuncupata, studia theologica perfecit Romae, ubi die 14 mensis Iulii anno 1912 sacerdotalem ordinationem recepit.

Eodem anno in Indiam est missus. Postquam Bombayam pervenit, ad Ernakulamensem conventum Sanctae Theresiae se contulit, ut *malayalam*, linguam civitatis Keralae propriam, perdisceret. Quadraginta postea annos, prius in *Puthenpally*, deinde in *Alwaye*, operam ad futuros presbyteros efformandos, veluti Praefectus Studiorum, Moderator Spiritualis, Vicarius Rectoris, Professor «Historiae antiquarum culturarum», Theologiae Dogmaticae et Hinduismi, sane navavit.

Servus Dei vir fuit magna fide, pietatis spiritu ardentique zelo apostolico praeditus. Existentiae fundamentum suae in Dei Verbo impensaque orationis vita, alita erga SS. Eucharistiam et Mariam Virginem devotione, posuit. In Dominum caritas illum ursit ut totus fratribus deserviret, praesertim egentioribus opitulando, confessiones audiendo et humilioribus in Seminario

ministeriis indulgendo. Ob evangelicum candorem ac promptitudinem suam a multis hominibus, etiam non christianis, quibus consilia necnon spiritualia et materialia auxilia sine discrimine dispertiebat, quaerebatur. Tam doctus fuit quam humilis. Per clarorum Ordinis Carmelitici Doctorum Sanctorumque vestigia ducere spiritalem et apostolicam vitam cupivit, nova adiungendo sicut fidei inculturationem oecumenicumque dialogum. In nonnullis Keralae paroeciis unus fuit de adorationis perpetuae fautoribus. Ut magister et educator indulgentiae atque observantiae in alios plenus, tranquillitatem laetitiamque irradiando, se omni tempore praebuit.

Eius zelus ardenti in Deum amore ac summa vita contemplativa profluebat. Dei Famulus fuit singularis exempli religiosus, sacerdos et missionarius, cuius opus Indiae in re ampla et implicata se explicavit: in multarum religionum societate, Ecclesiae Catholicae aliquando infesta vel male animata, Pater Zacharia ad Regnum nuntiandum se contulit. Multifaria incepta pastoralia ac missionalia, sacerdotales religiosasque vocationes potissimum foventia, equidem promovit. In regione Kerala unus fuit e primis ad communicationis media evangelizationi adhibenda et, proprie, ad typis apostolatum scriptorum fovendum: quod ad rem attinet, officinam librariam aperuit et duas religiosas ephemerides condidit.

Nominatus Commissarius Generalis Carmelitanae familiae ritus Latini, cum ritus Syriaci illa unionem est consecutus. Vitae Ecclesiae localis valde devictus, ad reconciliandos diversarum religionum inter se asseclas, imprimis Christianos ac Musulmanos, incubuit. Itemque in locis, ubi historicae divisiones et inaequalibus adscriptio nonnullas contentiones saepe suscitabant, socialis iustitiae provectum institit. Evangelica cum simplicitate sese ad rerum rationem accomodavit ac menti Indicae sensibilem reddidit. Quocirca «sancti imago missionarii», cuius caritatis, paupertatis orantisque vitae testimonium cum singulari inculturationis spiritu semper consensit, fere evasit.

Anno 1957 Servus Dei, propter valetudinem, in urbis Vellorensis, ad Indiae Statum v.d. *Tamil Nadu* pertinentis, nosocomio iacuit et, cancro abdominis affectus, chirurgicam sectionem frustra subiit. Die 23 mensis Maii anno 1957 in dicto valetudinario obiit.

Eius sanctitatis virtute famae, a die 14 mensis Ianuarii anno 1984 usque ad diem 23 mensis Maii anno 1987 Inquisitio dioecesana apud Curiam Ecclesiasticam Verapolitanam celebrata est simulque instructus in dioecesi

Flaviobrigensi, a die 3 mensis Decembris anno 1985 usque ad diem 10 mensis Februarii anno 1986, Processus Rogatorialis. Quorum iuridica validitas, Decreto diei 21 mensis Februarii anno 1992, ab hac Congregatione de Causis Sanctorum est adprobata. *Positione* confecta, disceptatum est, iuxta consuetudinem, an Servus Dei more heroum virtutes christianas exercuisset. Die 30 mensis Februarii anno 2013 Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum prospero cum exitu locum habuit. Patres Cardinales et Episcopi in Sessione Ordinaria diei 7 mensis Ianuarii anno 2014, cui egomet ipse Angelus Cardinalis Amato praefui, professi sunt Servum Dei virtutes theologales, cardinales iisque adnexas in modum heroum exercuisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Francisco per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, iisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Zachariae a Sancta Theresia (in saec.: Zachariae Salteráin Vizcarra), Sacerdotis Professi Ordinis Carmelitarum Discalceatorum, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 27 mensis Ianuarii a.D. 2014.

ANGELUS card. AMATO, S.D.B.
Praefectus

L. ✠ S.

✠ MARCELLUS BARTOLUCCI
Archiep. tit. Mevaniensis, *a Secretis*

SALTILLENSIS

Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Iesu Mariae Echevarría y Aguirre Episcopi Saltillensis Fundatoris Instituti Sororum Catechistarum de Guadalupe (1858-1954)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

«Spiritus abnegationis signum firmum est, quod nos Iesum Christum, hominem dolorum, amamus, et hunc spiritum per gratiam discimus et conciliamus, cum cor eius interius perquirimus».

Quae Servus Dei Iesus Maria Echavarría y Aguirre scripsit verba, eiusdem speciem spiritualem efficaciter depingunt, quae summa et perfecta mysterio crucis adhaesione conflatur.

Servus Dei die 6 mensis Iulii anno 1858 in vico vulgo dicto *Regal de San Pedro de Bacubirito* in dicione Sinaloensi in Mexico natus est et paucis post diebus ad baptismalem fontem regeneratus. Infantia, quam in satis locupleti familia sua degit, summo virtutum spiritualium et mandatorum religiosorum intellectu persignata est, licet iisdem annis patriam magna rerum publicarum perturbatio foedaret et prima resonarent bucina dirae contra christianos persecutionis. Suetum iter scholasticum perfecit atque iam adulescentiae tempore vocationem ad vitam sacerdotalem percepit. Duodeviginti igitur annos natus, Seminarium ingressus est et, post tempus institutionis in oratione et studio transactum, die 28 mensis Octobris anno 1886 presbyteratu auctus est.

Interdum, seditionum excessus totum Mexicum magno cum incremento saevitiarum et eversionis quassabant, quae usque in veram persecutionem religiosam mox commutaverunt. Iuvenis sacerdos Iesus Maria tunc temporis onera sive magistri apud Seminarium exercuit sive Administratoris Apostolici dioecesis Sinaloensis sive dein eiusdem Seminarii Rectoris. Anno 1904, Episcopus Saltillensis electus est et inde ab novi huius muneris initio cura pastoralis eius peculiari cleri disciplinae sollicitudine emicuit. Servus Dei, enim, omnibus et singulis sacerdotibus ipse consulebat et semper eorum in legitimas necessitates se vigilem indulgentemque ostendit et de institutione humana et spirituali maxime cavit.

Vultus eius dilectionem ac pacem Iesu Boni Pastoris humilitate ac suavitate referti irradiabat, quod singulariter in visitationibus pastoralibus pandit,

quas etiam difficilibus in adiunctis historicis perseveravit. Divini Magistri iugiter adhaerens exemplo, sollicitudinem institutionis eximiam suipsius navitatem habuit. Proinde, scholas fundavit operam suam cum Fratribus Scholarum Christianarum communicans et pro pueris iuvenibusque condidit collegia, ex quibus institutis unum, Academiam scilicet Sancti Ioannis Bosco, pueris acerbioribus aerumnis laboratis precipue destinavit. Doctrinae in dioecesi tradendae rationem sedulam tribuit ac subtilem, quam ad rem benigno Instituti Sororum Catechistarum de Guadalupe gavisus est auxilio.

Episcopus Echavarría negotiis temporis sui omnino sese exhibuit inhaesum et spe Christi incepta profectus illuminantem omnia, quae societas mexicana paulatim iniret. Spiritualitas eius consilio vitae in servitium Dei et proximi accommodatum iugiter innitebatur. Profundus in eo eminuerunt spiritus orationis, virtutum exercitium perseverans, ardens erga passionem Christi pietas et amor filialis Beatae Mariae Virginis fervidus. In rei publicae et societatis patriae angustiis ob inconcussam eius fidelitatem erga Magisterium Ecclesiae omnibus fuit cardo. Mysterii divini contemplationi funditus devinctus, ad lumen Sacrae Scripturae voluntatem dominicam super vitam suam et laboratum populi iter perspicere didicit. Eximium eius exemplum mirae mansuetudini ingenitaeque humanitati morum constantique indulgentiae urbanitatique et spiritui susceptionis iungebatur. Navae eius fuerunt humilitas et patientia ac fretae, praesertim in periculi et confessionis hora. Episcopus fuit summopere gregi presbyterisque suis deditus ac devotus.

Inclementia autem persecutionis eum perpulit, ut patriam bis protinus desereret et apud Civitates Foederatas Americae Septentrionalis confugeret, quod vero tamquam peculiaris passionum Christi Cruci affixi participado suscipere valuit. In Mexicum reditus, dioecesim usque ad nonagesimum expletum annum rexit. Saltilli, die 5 mensis Aprilis anno 1954, deosculato Crucifixo, pie in Domino quievit.

Ob eius sanctitatis famam Causa Beatificationis et Canonizationis apud Curiam Episcopalem Saltillensem inita est per celebrationem Inquisitionis dioecesanae a die 12 mensis Februarii anno 1987 ad diem 19 mensis Augusti anno 1995, cuius auctoritas et vis iuridica ab hac Congregatione de Causis Sanctorum die 22 mensis Novembris anno 1995 probatae sunt. *Positione* confecta, die 5 mensis Novembris anno 2010 in Congressu Peculiari Consultorum Theologorum prospero cum exitu disceptatum est, iuxta consuetudinem, an Servus Dei more heroum virtutes christianas exercuisset. Patres Cardinales

et Episcopi in Sessione Ordinaria diei 4 mensis Februarii anno 2014, cui egomet ipse Angelus Cardinalis Amato praefui, professi sunt Servum Dei virtutes theologales, cardinales iisque adnexas in modum heroum exercuisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Francisco per infrascriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine iisque adnexis in gradu heroico Servi Dei Iesu Mariae Echavarría y Aguirre, Episcopi Saltillensis et Fundatoris Instituti Sororum Catechistarum de Guadalupe, in casu et ad effectum de quo agitur*.

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 7 mensis Februarii a.D. 2014.

Angelus card. Amato, S.D.B.
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Marcellus Bartolucci
Archiep. tit. Mevaniensis, *a Secretis*

BURGENSIS

Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Sebastiani Elorza Arizmendi Laici professi Ordinis S. Augustini (1882-1942)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

«Hospitales invicem sine murmuratione; unusquisque, sicut accepit donationem, in alterutrum illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiae Dei» (*1 Pt* 4, 9-10).

Petrina adhortatio singulari resonat evidentia in vita, operibus et pietate Servi Dei Sebastiani Elorza Arizmendi, Laici professi Ordinis Sancti Augustini. Vitam egit pro certo habens ad Deo serviendum modum optimum esse servire proximo, afflatum quaerens e spiritu Regulae Doctoris Hipponae quem per septem et triginta annos professus est. Curator bonus supernae gratiae, quae in viris humilibus et in illis qui puro ac sincero animo sunt praediti manifesta apparet, donis acceptus profuit sodalibus et peregrinis qui plurimi monasterium eius frequentabant.

Servus Dei die 31 mensis Octobris anno 1882 primum aspexit lucem in oppido *Idiazábal*, provinciae *Guipúzcoa* capite, *San Sebastián*, in finibus Hispaniae septentrionalis. Juan Bautista et Dolores parentes eius, qui e magno fidei spiritu alimentum sumebant, statim postero die ad fontem regenerationis eum attulerunt. Amore materno Sebastianus solum per paucos dies fruitus est, per decem definite; nam illud fuit tempus quos ei concessi morbus acer priusquam frangeret vitam matris, triginta duos annos natae. Anno 1883, Servi Dei pater ad secundas nuptias transiit, sed agens solum tricesimum nonum annum et vix duo anni intercesserant a celebratione secundarum nuptiarum cum, laterum acutum morbum affectus mortus est, Sebastiano infante vix viginti septem mensium. Dum haec geruntur interea die 3 mensis Iulii anno 1884, puerulus confirmationem accepit.

Iam solus, dum familiares eius in lacrimis iacent aliis acerbis luctibus, Sebastianus benigne acceptus est tecto patrui et eius uxore. Qui, quamvis exiguis opibus uti possent, doctrina indigerent et agri humilem vitam egerunt, puerulum studiose educaverunt, maxima diligentia ei tradentes unum bonum quod eis erat: magna christianae fidei praecepta. Itaque puerulus in novam familiam acceptus est, partiens amorem propinquorum, qui eum adoptave-

rant, cum septem liberis eorum. Hic contextus, animatus constanti deditione vitae sacramentali ac orationi, favit maturitatem firmi animi et morum, sed et simul docilis ingenii et fecit cor aptum ad semen religiosae vocationis a Domino ipse messis datum accipiendum. Nam Sebastianus adulescens semper studium aluit et auxit summa cum virtute vivendi et hic aër qui circa eum erat popularis pietatis sed etiam disciplinae christianae ei profuit et fructus bonum secundum divinam voluntatem Patris maturavit.

Per nonnullos annos Servus Dei inserviendum fuit familiae necessitatibus et ad agrorum opera se dedit, sed post quoddam tempus se contulit in monasterium Augustinianum Sanctae Mariae vulgo *de La Vid* prope Burgensem civitatem, circa annum 1900, et incepit iter formationis ad vitam religiosam. Carens primis rudimentis ut inter candidatos ad sacerdotium reciperetur, Sebastianus laicus frater acceptus est. Post temporis spatium, quo ostendit se aptum esse ad vitam piam agendam, vestem Augustinianam induit die 14 mensis Ianuarii 1904 et insequenti anno simplicem professionem emisit. Ante oculos eorum qui ei praeerant et sodalium se praebuit virum singularis industriae, perdiligentem et accuratum in excolendis muneribus cotidianis, ita ut, omni sodalitate consentiente, die 15 mensis Decembris anno 1907 sollemnem professionem emiserit. Quadam tempore post, frater Sebastianus primum officium accepit: ostiarius monasterii Sanctae Mariae *de La Vid* factus est, quod officium per totam vitam curavit. Hoc munus, quamvis videretur modestum, erat tamen magni momenti in vita monasterii cotidiana quia erat primus usus cum sodalitate religiosa, primus aditus ad auxilium, solacium consiliumque accipiendum. Antistites eius sine ulla dubitatione ei hoc munus commiserunt, bene cognita habentes propria eius ingenii: magnam humanitatem, modestiam, alacritatem in alicui gratificando, studium et maxime animum humile proprium Augustinianae pietatis et expectationes eorum minime conciderunt. Ostendendo enim Servus Dei humani animi dotes virtutesque religionis officium suum exercuit, semper se accomodando toto corde ad necessitates multorum qui monasterii ostium pulsabant.

Excepto brevi temporis spatio quo missus est in monasterium apud *Gijón,* Servus Dei vixit semper sub umbra dulcis imaginis Virginis Matris *de la Vid* vultu nigrae. Valuit iam inde a iuventute magno consilio, moderatione, animo firmo, omni studio incubuit ad opus, praebuit prudentiam et probitatem. Eius animi descriptio eminet distincta pietate, simplici et penitus insita,

cum effigie integre mariana. Semper, vixdum solutus a muneribus, rosarium recitabat. Pia salutatione Matri Dei et Sanctissimo Sacramento diem ad finem perducebat. Non occupatus in officiis suis vel in auxilio pauperibus, Servus Dei in ecclesia monasterii se conferebat. Oratio erat fons praecipuus a quo hauriebat vim ut iis quibuscum vivebat summo animi ardore interdiu prodesset. Nam conscius se Christi discipulum Deo ipsi servire, totum se dedere studebat. Frater Sebastianus vitam communem magnopere diligebat quo modo Regula Sancti Augustini traditur et sodalicii concitator fuit. Praesentia eius ac opera benevola in religioso sodalicio pacem suadebant. Saepe ad Reconciliationis sacramentum accedebat, sciens vitae quae ad summam tendit virtutem opus esse cotidie mores emendare.

Cuius ipsa mors ex opera caritatis est orta. Anno 1942 enim monasterium moenibus excepit, in hospitum cubiculis, puellae quae excitandis ad virtutem animis advenerant. Erat mensis December, hieme frigida, et frater Sebastianus, pro earum bonum sollicitus, exit ad carbonem comparandum, quamvis frigus esset et eius valetudo tenuis. Quod eius facto consecutum est brevi occurruit et paulo post arteriae asperae pulmonumque inflammatio Sebastianus temptatus est. Hic morbus ad huius vitae exitum eum inclementer adduxit, non prius tamen quam magna pietate sacramenta accepit. Anno 1942, die sollemni Immaculatae Virginis, e vita excessit.

Ratione habita famae sanctitatis qua Servus Dei florebat iam vivus, constitutum et Iudicium cognitionale dioecesanum apud Archidioecesim Burgensem, quod die 17 mensis Iulii 1968 initium cepit et die 15 mensis Octobris 1971 conclusum est. Decretum super validitate die 11 mensis Octobris 1991 datum est. *Positione* parata, actum est, actione consueta, num Servus Dei in gradu heroico virtutes coluerit; ad quaestionem positam Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum positivum responsum dedit die 21 mensis Septembris 2012. Patres Cardinales et Episcopi qui die 4 Martii 2014 in Sessionem Ordinariam convenerant, me praesidente Angelo card. Amato, ratum habuerunt Servum Dei virtutes theologales, cardinales easque adnexas in gradu heroico coluisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Francisco per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iusti-*

tia, Temperantia et Fortitudine, iisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Sebastiani Elorza Arizmendi, Laici professi Ordinis S. Augustini, in casu et ad effectum de quo agitur.

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 3 mensis Aprilis a.D. 2014.

Angelus card. Amato, S.D.B.
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Marcellus Bartolucci
Archiep. tit. Mevaniensis, *a Secretis*

CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Congregatione pro Episcopis, Sanctissimus Dominus Franciscus Pp., per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros praefecit Praesules:

die 17 Aprilis 2015. — Cathedrali Ecclesiae Vigilantis-Sancti Caroli Zuliensis, R.D. Ioannem a Deo Peña Rojas, e clero archidioecesis Emeritensis in Venetiola, ibique Seminarii Rectorem.

die 6 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Iguatuvinae, Exc.mum D. Edson de Castro Hömem, hactenus Episcopum titularem Mutiensem et Auxiliarem archidioecesis Sancti Sebastiani Fluminis Ianuarii.

— Cathedrali Ecclesiae Unionensi a Victoria, Exc.mum D. Agenorem Girardi, M.S.C., hactenus Episcopum titularem Furnitanum maiorem et Auxiliarem archidioecesis Portalegrensis in Brasilia.

— Cathedrali Ecclesiae Santanderiensi, Exc.mum D. Emmanuelem Sánchez Monge, hactenus Episcopum Mindoniensem-Ferrolensem.

die 7 Maii. — Titulari episcopali Ecclesiae Dianensi, Exc.mum D. Stephanum Escudero Torres, hactenus Episcopum Palentinum, quem constituit Auxiliarem archidioecesis Valentinae.

die 9 Maii. — Titulari ecclesiae Baricensi, R.D. Michaëlem Janocha, e clero archidioecesis Varsaviensis, ibique Professorem historiae artis apud Universitatem Varsaviensem, quem deputavit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

die 11 Maii. — Praelaturae territoriali Chuquibambensi, R.D. Georgium Enricum Izaguirre Rafael, C.S.C., hactenus Adstatorem Generalem Congregationis a Sancta Cruce.

die 12 Maii 2015. — Coadiutorem Ecclesiae Sancti Dominici Novem Iulii, Exc.mum D. Ariel Edgardum Torrado Mosconi, hactenus Episcopum titularem Pacatensem et Auxiliarem Sancti Iacobi de Estero.

die 14 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Nottinghamensi, R.D. Patricium McKinney, e clero archidioecesis Birminghamiensis, hactenus Nostrae Dominae et Omnium Sanctorum paroeciae in oppido vulgo appellato Stourbridge Curionem.

die 15 Maii. — Metropolitanae Ecclesia Cosentinae-Bisinianensis, Exc. mum D. Franciscum Antonium Nolè, O.F.M.Conv., hactenus Episcopum Tursiensem-Lacunerulonensem.

— Episcopali Ecclesiae Reatinae, R.D. Dominicum Pompili, e clero dioecesis Anagninae-Alatrinae, hactenus Sub-Secretarium Conferentiae Episcoporum Italiae necnon in eadem Directorem Officii pro Communicationibus Socialibus.

die 19 Maii. — Titulari episcopali Ecclesiae Bardensi, R.D. Iacobum Massa, e clero dicecesis Bruklyniensis, ibique hactenus Moderatorem Curiae et Administratorem paroeciae Sancti Nominis in oppido Bruklyniensi, quem deputavit Auxiliarem eiusdem dioecesis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Valle-Valliensi, R.D. Vitoldum Mroziewski, e clero dioecesis Bruklyniensis, ibique hactenus Curionem paroeciae Sanctae Crucis in oppido vulgo Maspeth, quem deputavit Auxiliarem eiusdem dioecesis.

die 20 Maii. — Episcopum Coadiutorem dioecesis Campaniensis in Brasilia, Exc.mum D. Petrum Cunha Cruz, hactenus Episcopum titularem Agbiensem et Auxiliarem archidioecesis Sancti Sebastiani Fluminis Ianuarii.

— Cathedrali Ecclesiae Garanhunensi, R.D. Paulum Jackson Nóbrega de Sousa e clero dioecesis Patosensis, hactenus Pontificiae Universitatis Catholicae in civitate Bellohorizontina professorem.

— Cathedrali Ecclesiae Corisopitensi, Exc.mum D. Laurentium Dognin, hactenus Episcopum titularem Macrianensem in Mauretania et Auxiliarem archidioecesis Burdigalensis.

die 21 Maii 2015. — Cathedrali Ecclesiae Belfortiensi-Montis Beligardi, R.D. Dominicum Blanchet, e clero dioecesis Andegavensis, ibique hactenus Vicarium Generalem.

die 22 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Vivariensi, R. D Ioannem Aloisium Balsa, e clero dioecesis Nicensis, ibique hactenus Vicarium Generalem.

— Abbatiae territoriali S. Mauritii Agaunensi, R.D. Ioannem Caesarium Scarcella, C.R.A., hactenus in eodem Monasterio Priorem et novitiorum Magistrum necnon Abbatiae territorialis Vicarium Generalem.

die 23 Maii. — Titulari episcopali Ecclesiae Matharensi in Numidia, cum archiepiscopali dignitate, Exc.mum D. Ghaleb Moussa Abdalla Bader, Nuntium Apostolicum, hactenus Archiepiscopum Metropolitam Algeriensem.

— Episcopali Ecclesiae Arianensi Hirpinae-Laquedoniensi, R.D. Sergium Melillo, e clero dioecesis Abellinensis, hactenus in eadem Vicarium Generalem.

die 27 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Sancti Andreae in Brasilia, Exc. mum D. Petrum Carolum Cipolini, hactenus Episcopum Amparensem.

— Cathedrali Ecclesiae Ianaubensi, Exc.mum D. Guerrinum Richardum Brusati, hactenus Episcopum Caëtitensem.

die 30 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Espinalensi, Exc.mum D. Rolandum Roa Barbosa, hactenus Episcopum titularem Nasbincensem et Auxiliarem archidioecesis Ibaguensis.

die 1 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Yucatanensi, Exc.mum D. Gustavum Rodríguez Vega, hactenus Episcopum Novolaredensem.

die 3 Iunii. — Metropolitanae Ecclesiae Mutinensi-Nonantulanae, R.D. Herium Castellucci, e clero dioecesis Foroliviensis-Brittinoriensis, hactenus Vicarium Episcopalem, Docentem necnon paroeciae « Sancti Ioannis Apostoli et Evangelistae », in Foroliviensi urbe, Parochum.

CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE

I. PROVISIO ECCLESIARUM

Franciscus divina Providentia Pp., latis decretis a Congregatione pro Gentium Evangelizatione, singulis quae sequuntur Ecclesiis sacros Pastores dignatus est assignare. Nimirum per Apostolicas sub plumbo Litteras praefecit:

die 29 Ianuarii 2015. — Cathedrali Ecclesiae Loloënsi, R.D. Ioannem Bertin Nadonye Ndongo, O.F.M. Cap., hactenus Definitorem generalem Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum.

die 2 Februarii. — Cathedrali Ecclesiae Shinyangaënsi, R.D. Liberatum Sangu, Congregationis pro Gentium Evangelizatione officialem.

die 6 Februarii. — Cathedrali Ecclesiae Ueuakaensi, R.D. Iosephum Roszynski, hactenus missionarium Polonum in eadem dioecesi.

— Titulari episcopali sedi Legiensi, R.D. Dionysium Chidi Isizoh, e clero archidioecesis Onitshanae, hactenus Pontificii Consilii pro Dialogo inter Religiones officialem, quem constituit Auxiliarem eiusdem Sedis archidioecesanae.

die 8 Februarii. — Cathedrali Ecclesiae Lichingaënsi, R.D. Athanasium Amisse Canira, hactenus Vicarium Generalem dioecesis Nacalanae et Directorem Nationalem Pontificalium Operum Missionalium in Mozambico.

die 11 Februarii. — Metropolitanae Ecclesiae Malaboënsi, Exc.mum D. Ioannem Nsu Edjang Mayé, hactenus Episcopum Ebebiyinensem.

— Cathedrali Ecclesiae Lisalaënsi, R.D. Ernestum Ngboko Ngombe, C.I.C.M., hactenus Vicarium Generalem Congregationis Immaculati Cordis Mariae.

die 12 Februarii 2015. — Cathedrali Ecclesiae Dassanae-Zumensi, Exc. mum D. Franciscum Gnonhossou, S.M.A., hactenus Definitorem generalem Societatis Missionum ad Afros.

die 16 Februarii. — Metropolitanae Ecclesiae Samarindaënsi, Exc.mum D. Iustinum Harjosusanto, M.S.F., hactenus Episcopum Tanjungselorensem.

die 7 Martii. — Metropolitanae Ecclesiae Arcis Gallicae, Exc.mum D. Davidem Macaire, O.P., hactenus Superiorem communitatis Ordinis Fratrum Praedicatorum in urbe Tolonensi in Gallia.

die 29 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Nagoyaënsi, R.D. Michaëlem Gorō Matsuura, hactenus Episcopum titularem Sfasferiensem et Auxiliarem archidioecesis Osakensis.

die 30 Martii. — Titulari episcopali Ecclesiae Novabarbarensi, R.D. Albertum Vera Aréjula, O. de M., hactenus Parochum et Delegatum Superioris provincialis Ordinis B. Mariae Virginis de Mercede in Mozambico, quem constituit Auxiliarem dioecesis Xai-Xaiensis.

die 31 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Kalemiensi-Kirunguensi, R.D. Christophorum Amade, M.Afr., hactenus Superiorem provincialem Missionariorum Africae (Patres Albi) in Africa Centrali.

— Titulari episcopali Ecclesiae Gemellensi in Byzacena, R.D. Donatum Bafuidinsoni, S.I., hactenus Vicarium Iudicialem in archidioecesi Kinshasana, quem constituit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Naratcatensi, R.D. Ioannem-Petrum Kwambamba Masi, e clero Kengensi, Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum officialem, quem constituit Auxiliarem archidioecesis Kinshasanae.

die 7 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Bagdogranae, R.D. Vincentium Aind, e clero Ialpaiguriensi, hactenus Decanum Facultatis Philosophiae apud *Morning Star Regional Seminary*.

— Titulari episcopali Ecclesiae Novasparsensi, R.D. Ernestum Iosephum Romero Rivas, O.F.M. Cap., hactenus Parochum et Pro-Vicarium Tucupitensem, quem constituit Vicarium Apostolicum eiusdem circumscriptionis ecclesiasticae.

die 11 Aprilis 2015. — Cathedrali Ecclesiae Ambatondrazakaënsi, R.D. Ioannem a Deo Raoelison, hactenus Episcopum titularem Corniculanensem et Auxiliarem archidioecesis Antananarivensis.

die 28 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Singidaënsi, R.D. Eduardum Mapunda, hactenus Oeconomum dioecesanum et Moderatorem pastoralis curae de salute in eadem dioecesi.

II. NOMINATIONES

Peculiaribus datis decretis, Congregatio pro Gentium Evangelizatione ad suum beneplacitum renuntiavit:

die 10 Ianuarii 2015. — R.D. Emmanuelem Abbo, e clero dioecesis Ngaunderensis, Administratorem Apostolicum «sede vacante et ad nutum Sanctae Sedis» eiusdem dioecesis Ngaunderensis.

die 18 Ianuarii. — Exc.mum D. Isaacum Amani Massawe, Episcopum Moshiensem, Administratorem Apostolicum «sede vacante et ad nutum Sanctae Sedis» dioecesis Mbuluensis.

die 9 Februarii. — Exc.mum D. Basilium do Nascimento, Episcopum Baucanum, Administratorem Apostolicum «sede vacante et ad nutum Sanctae Sedis» dioecesis Diliensis.

die 16 Februarii. — Exc.mum D. Iustinum Harjosusanto, M.S.F., Archiepiscopum Samarindaënsem, Administratorem Apostolicum «sede vacante et ad nutum Sanctae Sedis» dioecesis Tanjungselorensis.

die 21 Februarii. — Exc.mum D. Antonium Muheria, Episcopum Kituiensem, Administratorem Apostolicum «sede vacante et ad nutum Sanctae Sedis» dioecesis Machakosensis.

die 25 Martii. — Exc.mum D. Franciscum Antonium Ceballos Escobar, C.Ss.R., hactenus Vicarium Apostolicum Portus Carreniensis, Administratorem Apostolicum «sede plena et ad nutum Sanctae Sedis» Vicariatus Apostolici Portus Gaitani.

die 12 Aprilis. — Exc.mum D. Basilium Athai, Episcopum titularem Tasaccorensem et Auxiliarem Taunggyiensem, Administratorem Apostolicum «sede vacante et ad nutum Sanctae Sedis» eiusdem archidioecesis Taunggyiensis.

die 25 Aprilis. — Exc.mum D. Ioannem Nsue Edjang Mayé, Archiepiscopum Malaboënsem, Administratorem Apostolicum «sede vacante et ad nutum Sanctae Sedis» dioecesis Ebebiyinensis.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Sua Santità il Papa Francesco ha ricevuto in Udienza Ufficiale per la presentazione delle Lettere Credenziali:

Giovedì, 21 maggio, S.E. la Sig.ra Rudo Mabel Chitiga, Ambasciatore di Zimbabwe; S.E. il Sig. Joel Musa Nhleko, Ambasciatore di Swaziland.

Il Romano Pontefice ha inoltre ricevuto in Udienza:

Domenica, 10 maggio, S.E. il Sig. Raúl Castro Ruz, Presidente della Repubblica di Cuba;

Venerdì, 15 maggio, S.E. il Sig. Klaus Werner Iohannis, Presidente della Repubblica di Romania;

Sabato, 16 maggio, S.E. il Sig. Mahmoud Abbas, Presidente dello Stato di Palestina;

Sabato, 23 maggio, S.E. il Sig. Boyko Borissov, Presidente del Consiglio dei Ministri di Bulgaria; S.E. il Sig. Nikola Gruevski, Presidente del Governo della ex-Repubblica Jugoslava di Macedonia;

Giovedì, 28 maggio, S.E. la Sig.ra Kolinda Grabar-Kitarović, Presidente della Repubblica di Croazia; Sua Altezza Reale il Principe Alexander von Sachsen, con la Famiglia;

Venerdì, 29 maggio, Sua Maestà Otumfuo Nana Osei Tutu II, Re degli Ashanti in Ghana; S.E. il Sig. Miro Cerar, Primo Ministro della Repubblica di Slovenia;

Venerdì, 5 giugno, S.E. la Sig. Michelle Bachelet Jeria, Presidente della Repubblica del Cile.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Breve Apostolico il Santo Padre Francesco ha nominato:

22 maggio 2015 S.E.R. Mons. Mario Roberto Cassari, Arcivescovo titolare di Tronto, finora Nunzio Apostolico in Sud Africa, Botswana, Lesotho, Namibia e Swaziland, *Nunzio Apostolico in Malta*.

23 » » S.E.R. Mons. Ghaleb Bader, finora Arcivescovo di Alger, *Nunzio Apostolico in Pakistan assegnandogli in pari tempo la sede titolare di Matara di Numidia, in qualità di Arcivescovo*.

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Francesco ha nominato o confermato:

13 aprile 2015 Il Rev.do Padre Timothy Radcliffe, O.P., Direttore del Las Casas Institute of Blackfriars in Oxford, per studi su giustizia sociale e diritti umani (Inghilterra), *Consultore del Pontificio Consiglio della Giustizia e della Pace ad quinquennium.*

15 » » I Rev.di Officiali della Segreteria di Stato, Sezione per gli Affari Generali, Mons. Lucio Bonora, del clero della Diocesi di Treviso, *Giudice presso il Tribunale Ecclesiastico dello Stato della Cittá del Vaticano «ad quinquennium»* e il Rev.do Sac. Paolo Scevola, del clero della Diocesi di Vigevano, *Notaro Attuario del medesimo Tribunale «ad quinquennium»*.

28 » » S.E.R. Mons. Carlos Alberto de Pinho Moreira Azevedo, Delegato del Pontificio Consiglio della Cultura; e gli Ill.mi Sig.ri: Prof. Marcello Rotili, Professore Ordinario di Archeologia Cristiana e Medievale presso la Seconda Università di Napoli; Prof. Paolo Liverani, Professore Associato di Topografia dell'Italia Antica presso l'Università degli Studi di Firenze, *Membri della Pontificia Commissione di Archeologia Sacra «ad quinquennium»*.

4 maggio » S.E.R. Mons. Enrico dal Covolo; il Rev.do Sac. Josep Ignasi Saranyana Closa; gli Ill.mi Sig.ri: Prof. Ugo Baldini, Prof. Giovanni Maria Vian, Prof. Carlos René Salinas Araneda e Prof.ssa Giulia Gasparro Sfameni, *Membri del Pontificio Comitato di Scienze Storiche «in aliud quinquennium»*.

18 maggio » Il Rev.do Padre Robert Dodaro, O.S.A, *Consultore della Congregazione per la Dottrina della Fede per un altro quinquennio*.

5 giugno » L'Ill.mo Dottore Libero Milone, *Revisore Generale*.

NECROLOGIO

3	maggio	2015	Mons. Symphorian T. Keeprath, O.F.M. Cap., Vescovo em. di Jalandhar (*India*).
4	»	»	Mons. Vicente Joaquim Zico, Arcivescovo em. di Bélem do Pará (*Brasile*).
7	»	»	Mons. Nicolas Huynh Van Nghi, Vescovo em. di Phan Thiet (*Vietnam*).
»	»	»	Mons. Józef Pazdur, Vescovo tit. di Dulcigno (*Polonia*).
14	»	»	Mons. Geraldo Majela de Castro, O.Praem., Arcivescovo em. di Montes Claros (*Brasile*).
15	»	»	Mons. André Lacrampe, Arcivescovo em. di Besançon (*Francia*).
16	»	»	Mons. Dominik Tóth, Vescovo tit. di Ubaba (*Slovachia*).
20	»	»	Mons. Manfred Müller, Vescovo em. di Regensburg (*Germania*).
24	»	»	Mons. Guy (Guido) Plante, Vescovo em. di Choluteca (*Honduras*).
25	»	»	Mons. Robert Lebel, Vescovo em. di Valleyfield (*Canada*).
27	»	»	Mons. Peter Celestine Elampassery, O.F.M. Cap., Vescovo em. di Jammu-Srinagar (*India*).
1	giugno	»	Mons. Józef Zawistowski, Vescovo tit. di Ospita (*Polonia*).
2	»	»	Mons. Thomas Flynn, Vescovo em. di Achonry (*Irlanda*).
5	»	»	Mons. Julien Kouto, Vescovo em. di Atakpamé (*Togo*).